

Exponunt sanctitati vestre. Reverende in Christo Pater et domine, domine. B. Episcope prenestine apostolice sedis Legate. Universi homines Baroli devoti interim dicentes. quod cum homines ipsius Terre devocationis affectum quem ob reverenciam Iesu christi et gloriose virginis Matris eius habent ad Maiorem ecclesiam Sante Marie de Barulo volentes prosequi operis per affectum caritative providentur in festo assumptionis virginis gloriose generales facere nundinas in terra predicta. Quarum occasione tam mercatores exteri ad easdem nundinas concurrentes quam cives ipsius honorem et reverenciam humani generis advocate in ipsius festivitatis vigilia pro labenti ipsius ecclesie statu in melius erigendo ac cultu divini numinis ampliando, dictam Maiorem ecclesiam cereos offerunt iuxta zelum et possibilitatem offerentium singulorum quam quidem oblacionem cerei parochiam eiusdem ecclesie ad hoc a parrocchianis. aliis deputati ad manus ipsorum recipiunt ac vendunt et precium inde perceptum expendunt in ornamenti et aliis necessitatibus ecclesie supradicte, et si quid residuum fuerit distribuunt in emptionibus possessio- num pro ecclesia supradicta. Nunc Reverendus pater frater. Placidus. Andrensis Episcopus substitutus ad recollectio- nem decimarum per Reverendum dominum patrem Saracenum cappellanum nostrum pro dicta oblacione preter solitum a clericis dicte ecclesie decimam petit et exigere festine intendit. Quare predicti exponentes sanctitati vestre hostium humili parte propulsant ut vos qui ex Iniuncto vobis legacionis officio ecclesiarum Indemnitatis paterno tenemini providere devocationis affectu supplicancium partibus benigne pensatis, ac qualitatem dicti negotii Intuentes non minus rationabiliter quam Benigne eidem Episcopo per nostras si placet dare dignemini licteras in mandatis ut ab exactione predicte decime, quam ratione dicte oblacionis intendit exigere a clericis supradictis ve- strarum licterarum Auctoritate desistat. Maxime cum de-